Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 89

Quelle:
Copyright:



(ſucht, peſtilentiae) *nit enſaſs. Sunder in der ee dez herren iſt ſein wille vnd in ſeiner ee gedencktt er tag vnd nacht* &c. Non deſunt gloſſemata. Ita *fol.* 97. Pſ. XC. *Scuto circumdabit te*, Mit dem *puckler* vmbfeht dich. *A daemonio meridiano*, Von mittentags *wichte* &c. In Litaniis multa SS. nomina cumulantur v. g. *Chryſogoni*, *Theonoti*, *Haymrani*, *Lamperti*, *Oswaldi*, *Briccii*, *Ruperti*, *Wolfgangi*, *Erhardi*, *Wilboldi*, *Ulrici*, *Ottonis*, *Conradi*, *Wunwoldi*, *Reichardi* &c. *Otiliae*, *Kunegundis*, *Walpurgis*, *Reginae*, *Ludmillae* &c. Textui Codicis interjectae ſunt *Icones* XII. ruditer depictae referentes totidem *Symboli* Articulos, addita Apoſtoli figura, qui Articulum illum condidiſſe credebatur. Prioribus harum Iconum in dorſo adſcripta eſt longa ad Deiparam Precatio, quae infit: *Sancta Maria ain Junckfraw ob allen Junckfrauen*, *Ein muter der parmherczighait* &c. Monet in fine Scriptor: *Wer das gepet ſpricht dreyſſig tag an vnderloſs mit andacht der ſoll wiſſen wes er vnnſer liebe frauen bit zeittlicher pet des wirt er gewert.* Αυτος 'εφα. De aetate *Codicis* conjicias ex eo, quod alia manus fol. ult. ſubdidit: *Summa der pletter ſind LX vnd Hundert geczelt an ſand Kolmans tag In* (MCCCC) *LXVIII iar.* Tardior e celeberrima ſed dudum extincta Stirpe Poſſeſſor haec adjecit:

Folia 27, 43, 58, 72, 87, 102, 116, 138, 150, 152, uti et primum et ultimum codicis, numeris non insignitas, icones xylographicas sistentia nunc inter xylographa bibliothecae palatinae asservantur. (nunc: Inc. II. D. 42.)

1. 5. K. 6. 1.

*Fircht. Gott. Lieb. dein. Neſten.*
*Vlrich Graue zu Helffenſtein*
*Fh. zu Gundelfingen.*

XL. VIII. D. 19.

280 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. nunc 40. f. ſat nitide ſcriptus rubricisque diſtinctus continet Partem Sacrorum Bibliorum videlicet *Salomonis Proverbia*, *Eccleſiaſten*, *Cantica* et Libri *Sapientiae* initium. Titulus litera quadrata eſt: *Incipit Prologus Sancti Jeronimi Presbiteri In Libro Proverbiorum Salomon. Chromatio Et Eliodoro Epiſcopis Hieronimus.* Principium: *Jungat epiſtola quos iungit ſacerdotium* &c. Poſt Prologum: *Incipit Capitula*, quorum cenſentur LXVI. alia penitus diſtributione, quam, quae hodie obtinet. Initium ſic legitur: *Parabole Salomonis filii dauid regis iſrael ad dandam ſcientiam* (pro ſciendam ſapientiam) *et diſciplinam* &c. Verſio ceterum vulgata eſt. C. nobis XXIX. Verſus ultimus deeſt. C. nobis XXXI. verſibus ſingulis de *Muliere Forti* praefixa eſt litera hebraica *Beth*, *Gimel*, *Deleth* &c. omiſſo tamen *Aleph*. Praeterea ſingulis adjectus eſt in margine numerus, qui cum antecedentium Capitum numero collatus usque ad LXXV. procurrit, ut adeo